



70

*argb. 14*

# Disputatio

*DE SUCCESSIONIBVS  
ab intestato:*

*Q V A M*

*Deo Optimo Max. auxiliante:*

*CONSENSV ET AV-  
CTORITATE NOBILISSIMI  
Jurisconsultorum Collegij in inclyta  
Tubing. Academia:*


*SVB PRÆSIDIO*

**DN. SAMVELIS**  
*BANSOVII ROSTOCHI-  
ENSIS MEGAPOLI-  
TANI.*

*ORDINARIIE EXERCITII  
gratiâ, hora locog, consuetis,*

*Pro ingenij modulo defendit*

**GEORGIVS GVILI-**  
*elmus à Frânkbing.*



*6. L.*

*TVBINGAE,  
TYPIS CELLIANIS.  
ANNO 1603.*

*ILLVS TRIBVS ET  
Generosis Baronibus.*

**D N. G E O R G I O**  
CHRISTOPHORO, L.B. IN LOSEN-  
STEIN, DN. LOSENSTEINLEITÆ,  
Rosecci, Wierdingæ, Weidenholtzi, Schal-  
labyrgæ, & Sichtembergæ, &c.

**D N. THEODORICO L. B.**  
à PVCHAM IN RAABS DOMINO  
*Carolostenij & Praunstorfi, &c.*

**D N. OTTONITEVFFEL L.B. A G V N-**  
DERSTORFF, DOMINO IN  
Eggerzau, &c.

NEC NON:

**M A G N I F I C I S, A N-**  
TIQVONAT ALIVM SPLENDORE  
·multipliciȝ virtute & eruditione inclytis &  
strenuis Equitibus:

**D N. C H R I S T O P H O R O A G R E Y S-**  
SEN IN WALDT, PILAHAG ET S V-  
periori Rana, Sac. Cæsar. Majest. à  
Consilijs:

**D N. IOHANNI GUILIELMO: D N. SI-**  
GIS MVNDO, ET D N. SEIFRIDO A G R E Y S-  
sen in VValdt & Sitzenberg, &c. FF. Germ., &c.

Dominis Mœcenatibus, Patronis ac Fautoribus suis  
summâ obseruantia & debitâ animi subiectione honorandis: Hasce stu-  
diorum primiatis, perpetuæ ac debitæ gratitudinis ergo  
Nuncupat, Offert, & Dicat.

**Georgius Guilielmus à Fránkbing.**  
RESPONDENS.



# *D I S P V T A T I O N I S*

*Pars Prima,*

## **D E S V C C E S S I O -**

**N E   P R I M A R I A .**

*C O N C L . I.*



V M D I S P V T A T I O N E P RÆ-  
cedenti de successione testamentaria  
breuiter actum sit: reliquum est ad ab-  
soluendam successionum materiam,  
ut de legitima pauca quædam attexa-  
mus. Defertur autem illa cum de-  
functus intestatus decessit, vel quia Iure prohibente  
testamentum facere non potuit, vel jure quidem per-  
mittente, non voluit, vel si maximè voluit, tale fecit,  
**ex quo nullus heres extitit.**

*I. quamdiu.39. l. si plurimum. 70. ff. de acquir. hered: l. 1. ff. de suis & legit. l. 7. ff. si tab. test. l.  
intestatus 64. ff. de V.S. l. 89. ff. de R.I.*

*I I.*

Estque successio hæc duplex: alia Naturalis, alia  
Ciuilis; Naturalis, quæ jure sanguinis & proximitatis  
competit, vel Primaria est, de qua mox parte prima:  
vel Secundaria de qua posteà parte secunda acturi su-  
mus. Primaria descendantibus : liberis nimirum  
natiuitate legitimis & gradu proximis, sine discrimi-  
ne sexus & conditionis, & solis & omnibus pariter da-  
tur.

*A 2*

*Nem.*

## *Disputatio de*

*Nou. 118. c. 1. vers. sic tamen. l. cum ratio. in pr. ff. de bon. dam. l. 15. in pr. ff. de inoff. l. scri-  
pto. § fin. ff. si tab. test. null: ext. l. illud. l. ut liberis. C. de collat. l. fin. C. com. utriusq. Iudic.*

### *I I I.*

Imò etiam quotocunque gradu inferiori consti-  
tuti, jure suorum parentum, quorum locum subin-  
trant, personamque repräsentant, non tantùm cum  
cæteris propioribus, secundum stirpes admittuntur,  
sed etiam ijs præferuntur.

*§ fin. Inst. h. t. d. Nou. 118. c. 1. l. in suis. ff. de lib. & fo. Th. l. fin. C. de impub. & al. subst.*

### *I V.*

Neque distinguitur vtrum liberi legitimè nati  
sint, an verò ab initio naturales tantùm fuerint, & po-  
steà legitimati, aliquando per subsequens matrimoniu-  
m, qui vt communius placuit, solidum jus filij fam.  
acquirunt; aliquando per Curiæ oblationem, qui so-  
lummodò patri non alijs succedunt; aliquando per  
Curiæ oblationem, qui extraordinario beneficio,  
quandò legitimi & naturales simul non extant, ad he-  
reditatem vocantur.

*l. 1. & 3. C. de nat. lib. Nou. 89 c. 8. & 9. Nou. 64.*

### *V.*

Adoptiui jus successionis ab intestato ad instar  
naturalium habent, vt etiam arrogati, inter quos ta-  
men hoc interest, quod hi tām ab intestato, quām ex  
testamento ad hereditatem Iuris necessitate vocen-  
tur: illi verò ab intestato tantùm.

*l. pen. §. sed nec. ff. de adopt: §. sed hodie. Inst. cod. §. sed ea omnia. Inst. h. t. l. 5. C. de suis &  
legit.*

### *V I.*

Naturales tantùm, tum demum patris intestati  
bona consequuntur, quandò nec legitimi liberi, nec  
legitima superstes est coniunx, idque tantùm in dua-  
bus

## *Successionibus ab intestato.* 3

bus vncijs obtinet, licet matris suæ hereditatem integrum, vnà cum legitimis rectè adeant.

*I. vlt. C. de nat. lib. l. pen. C. ad Senatusconsultum Orfic. Nou. 89. §. si quis a.*

### *VII.*

Spurij, cùm patrem demonstrare non possint, ipsi non succedunt, matris tamen hereditatem omni jure capiunt.

*I. si Spurius ff. unde cogn. l. si suspecta. 29. §. i. ff. de inoff. test. §. pen. Inst. ad Senatusconsultum Orfic. § vulgo. Inst. de success. cognat.*

### *VIII.*

Nefarij atque incestuosí nec in paternis nec in maternis bonis succedunt, & quasi naturalium nomine indigni, ne alendi quidem sunt jure ciuili à parentibus, quod juris Canonici ab' auctorib. temperatum esse quidam existimant; præter sententiam tamen & meritum illis laudem hanc clementiæ tribui nullo modo dubitamus.

*Nou. 74. & Nou. 89 c. fin. Auth. ex complexu C de inut. nup. c. vn. 35. q. 7. c. dicat aliqui. 32. q. 4. c. per venerabilem. in fin. ext. qui fil. sint legit. c. cum multe 15. q. 8.*

## *Hinc quæritur.*

### *I.*

An hereditas quæ ab intestato defertur, propriæ legitima dicatur? Aff.

*L. 3. § de illo. ff. pro Socio. l. 6. §. i. ff. quæ in fraud cred. l. is qui 13. l. nec is. 17. § 1. l. si is. 22. ff. de adquir. hered. Ex sola enim legis constitutione absq; vlla expressa testatoris voluntate nobis obuenit. §. i. & t. t. Inst. de hered. quæ ab intest. def. l. 14. C. de legit. hered. Quæ verò ex testamento est, principaliter voluntate testatoris datur. l. is qui. ff. qui test. fac. pos. & lege duntaxat approbat & confirmatur. l. 110. D. de V. S. & velut contraria species legitimæ opponitur. d. l. 3. §. de illo. D. pro Soc. Non obstante. l. lege obuenire. 130. D. de V. S. Vbi dicitur, Non impropriæ & eam quæ ex testamento defertur, dici legitimam hereditatem. Differunt enim proprium, non proprium & non improprium. Proprium id dicitur, quod secundum naturam rei dicitur, & quo nihil dici significantius potest: Non proprium appellatur, quod proprietati dictio illius cui attribuitur contrarium est. Non improprium dicitur, quod aliquam habet similitudinem & vicinitatem cum propria nominis significatione, nec tamen proprium est. Sic hereditas ab intestato καὶ ἐξοχή legitimi-*

A 3

ma ap-

# Disputatio de

ma appellatur, quod ab ipsa legi fit, immediatè, cùm testamentaria legitima sit, mediatè, nimirum testamento iure perfecto, & ob id legitima saltem non impropriè seu modo quodam. Forst. in tract. de succeß. ab intest. lib. I. c. 17. n. 15. & seqq. Gæd. in d. l. 130. D. de V. S. Donell. & Comment. c. 3. & lib. 9. c. 1. Nic. Bellon. lib. 3. supput. Iur. c. 7. Pinell. in l. 2. n. 5. C. de bon. mat. Fach. lib. 6. controu. c. 41. Diss. Budens in l. 3. D. pro Socio, & Alciat. in d. l. 130. D. de V. S. & Paradox. c. 7.

## I I.

An qui allegat aliquem intestato deceſſisse, teneatur id probare, quæſtionis est haud vulgaris. Aff.

I, si emancipati, 9. C. de Collat. Non obſt. contrariorum ſentientium ratio: Quod ea quæ facti ſunt, non præſumantur, ſed probanda ſint. L. in bello. §. pactum. D. de capt. & post. l. reuers. Testamentum autem condere res facti ſit: vnde videtur ſequi, vt qui negat intentionem actoris non eſſe intestato defunctum, afferendo teneatur probare, testamentum eſſe conditum. Respondetur argumentum tūm procedere, quando qui ſe fundat in eo, quod testamentum factum afferit, non etiam quando in modum contradictionis contraria afferatio tantum proponitur, quoniam et ſi fieri poſſit ut utrumq. probari queat, tamen præbandi onus actori potiſſimum incumbit. Huic non eſt contrarium, quod negatiua probari non poſſit L. auctor. 23. & ibi Dd. C. de probat. Is autem qui quem intestato deceſſiſſe dicit, negat testamentum eſſe factum, ſi non verborum conceptione, certe re ipsa & ſententiā, quæ magis hic at- tenditur. Ergo, Illi qui contrarium affirmat videtur iniungenda probatio. Respondetur enim ad maiorem: Quod vera ſit, quando id negatur, quod iure non eſt permifſum, probatum aut rite factum, quia tunc iuriu præſumptio eſt pro adſirmante, veluti ſi quis neget eum, qui ad dicendum testimonium producitur, quem conſtat publico iudicio eſſe condemnatum, atq. ideo ad testimonium dicendum non admittendum, quia tum probandi onere negantem, iuriu præſumptio ſeu Ius ipſum, quod talibus testimonij diſcretionem non concedit, liberat, idq. in adſirmantem trāſfert. l. testimoniū fides 3. §. Leg. Iulia. 5. D. de testim. At ſi id negatur factum, quod licet omitti po- tuuit, vel rite factum iure creditur, velut testamentum facere, contrahere, procuratorem conſtituere, neganti probatio incumbit. l. 5. D. de probat. l. nec non. 28. §. quod eius. D. ex quib. cauf. maiores. Cagnol. in d. l. 9. n. 64. Vbi Bolog. n. 7. & Rim. n. 25. & seq. C. de collat. Couar. 2. resol. 6. n. 5. Diss. Rom. in d. l. 5. n. 13. Fach. 6. controu. c. 46.

## I I I.

An legitima hereditas velex jure XII. Tab. vel ex L. Voconia, vel ex succedaneo jure prætorio, amplius nobis obueniat, dubitatur? Nos ex Nou. Iustin. conſtit. quam ratio conſtituit, vſus probauit, ſine vlla ſexus, agnationis, potestatis differentia offerri putamus.

l. maximum vitum, 4. C. de lib. præterit. Auth. ceſſante & l. lege 12. Tab. 14. C. de legit. hered. Nou. 118. l. in vulgari, 162. D. de V. S. Ex quibus patet veteres leges aliquot correctas eſſe, qua inter mares & fæminas in ſucceſſione diſcretiam conſtituerunt. Iniquum enim id vi- ſum eſt, nec admodum natura conueniens. Hinc Iustin. Nou. 21. vti barbaram corrigit Arme- niorum legem, que ab hereditate & dote fæminaſi unica filia eſſet, ab eo, qui centum milles ſe- pterios in bonis haberet, heres in ſtituti non poterat) a Romanis oblitterata fuit, ut Sext. Cecill: apud Gell: conuocat: Qua lege nihil iniquius cogitari poſſe Diuus Augustus: lib. 3, c. 21, de ciuit. Dei, facietur. Videatur Gothof: ad II, XII, Tab. c. 20, Vbi quoq. Ravard: c. 19, Conſ: 2, ſubceſſ: 167.

*lech. 12. n. 2. Couar: in c. Raynulius in pr. n. 23. de testam: Anch: 3. quæst: 15. n. 4. Forf: lib. 3. de suc-  
cess: ab intest: c. 12.*

I V.

Num intestatorum appellatione in statutis im-  
pubes, furiosus, prodigus, ab hoste captus, rectè con-  
tineri dicantur, difficilis & multum agitata quæstio  
est? Affirmatiuam sequemur.

*Quæ sententia vel ex eo satis comprobatur quod omnis hereditas aut ex testamento, aut  
ab intestato deferatur: l. 1. D. de pet. hered. Sed hereditas à pupillo, cui nullus testamento  
substitutus est, ab intestato obuenit, intestatum igitur cum dici oportet. Quod si non diceremus,  
tertiam successionis speciem, quæ neg. ex testamento, neg. ab intestato hereditatem deferret, con-  
flitui necesse esset, quod per absurdum foret, & iuri nostro multi modi repugnaret. Non obst. l. 1.  
vers. plane qui, D. de suis & legit: ubi Vlp: planè, inquit, qui testari non potuit, propriè  
non est intestatus, puta impubes, furiosus, &c. Nam videndum est, quo intuitu quid di-  
catur intestatus, an ratione facti, an verò iuris intuitu. Sane, is qui iure facere potuit,  
nec fecit, & iure & facto intestatus decebat, iure, quia eo & suis non sit, facto, quia nihil fecit. Qui  
vero iure non fecisset, circa eum distinguendum est, num ipso iure sit priuatus, an vero impedi-  
tus: Si priuatus, non intestatus, sed intestabilis dicetur: si impeditus aut ob atatem, veluti si  
pupillus sit; aut ob interdictum, veluti si prodigus sit; aut ob morbum, puta furiosus, &c.  
non dicetur intestabilis sed intestatus. Priuatio enim ita presupponit habitum, ut suffi-  
ciat habitum potentia adesse, licet actu non adsit, ut notauit Eberh: à Middelburg: in  
locis legalib: à priuat: ad habit. n. 1. & 5. Nec aduersatur quod Vasallus de feudalii testari ne-  
queat, c. 1. de success: feud. c. 1. §. donare, qual. olim, feud. poter. alien. eamque ob causam intesta-  
tus decidere dici non possit, sed potius intestabilis. Nam et si Vasallus intestatus non videtur  
quo ad bona feudalia respectu ipsius actus, ad potentiam tamen si respicias, intestatus erit: Quia  
Vassallus tantummodo in ea re impeditur, ne Ius Domini sui reddat deterius, neq. legitimos  
successores eo, quod ex prouidentia primi acquirentis nati sunt, sine ipsorum facto, priuet: Forf:  
d. tract: lib. 3. c. 4. n. 4. ubi Bart: & plures alios allegat. Alciat: in l. 6. 4. & ibi Gædd: n. 4. & 5. D.  
De V. S. Diss. Bald: & Salicet: in l: cum in antiquoribus, C. de iure delib. & plures a Forfiero di-  
cto loco allegati.*

V.

An inter emancipatos & suos hodie vlla supersit  
differentia, non satis expeditum est? Nos vigere in  
causa testati, non superesse in causa intestati defende-  
mus.

*Nou: 118. c. 4. Et quod in successione contra testamentum ex causa præteritionis adhuc aliæ  
ratio sit suorum, alia emancipatorum probat gl: in §. exheredatos, verb: voluit. Nou: 1. c. 1.  
Ias: in Auth: ex causa, n. 8. C. de lib. præterit. Gomez: tom. 1. var. resol c. 11. n. 34. Clar. in §. testa-  
mentum, q. 43. n. 2. In successione vero intestati nulla est inter emancipatos & suos differentia.  
Vnde hodie post constitutionem Iustin: quemadmodum sui, ita & emancipati liberi, non tantum  
ex iure prætorio, ut Cuiac: in expositione Nou: 118. & in paratit, D. lib. 27. tit. 5. existimauit, sed  
etiam ex iure ciuili, ut VVesenb: in §: emancipati 9. n. 1. Inst: hoc tit. recte sensit, parentibus  
succedunt, d. Nou: 118. c. 1. Nam Constitutio Imperatoris pars est iuris ciuilis, & quidem  
ihius Iuri ciuilis, quod opponitur prætorio. In successione autem emancipati hodie non spe-  
ctamus auxilium Prætoris, neque bonorum possessionem, sed spectamus Constitutionem  
Iustinianæ atque ex illa emancipatus ad hereditatem admittitur. Neque hæc sententia à  
naturali aequitate est aliena, que suadet in ascendentis hereditate preferre filium nepoti. Fa-  
more etiam virili sexu, cui plus debent familiarum conservationes, vetustas in cuius successione*

2085

# Disputatio de

vocabat nepotes ex filio: Nepotes verò ex filiabus, & proneptes ex neptibus, non suorum, sed cognatorum loco numerabat. Theodos: & Arcad: Imp: eundem quidem gradum & successionis ordinem his concedebant, diminutione tamen tertia partis generaliter constituta. Iustinianus omnes descendentes in hereditatibus non minus matris quam patris Ius successionis legitima obtinere voluit, siue sint sui, siue emancipati, siue etiam ab extraneo adoptati, siue ex masculis, siue ex feminis progeniti. Nou: 18, & 118, Couarru: in c, Raynutiū in pr:n, 4, & 5, de testam. Rosel: in tract: de success: ab intest. n, 244. Vasq. de success: creat: §, 10, n, 596, Trentacing: p, 1, de subst: 10, n, 9, Diss: Alciat: 3, parad: 10, Fortun: in l, Gallus, §, Et quid, D, de lib: & post: Cont: in tract: de hered: qua ab intest: def.

## V I.

Cùm omnis generis ciuilis successio tribus cognoscatur gradibus, & liberis primus concedatur gradus, quæsitum, est quo usq; jus repræsentationis se extendat? Nos in linea descendenti in infinitum porrigi opinamur.

§, cum filius 6, verb: sic & quia placuit. Inst: hoc titulo. Nou: 118, §, 1, Auth: in successione, & l, fin: in prin: C, de suis & legit: l, 4, D, de his qui sui vel alieni iuris sunt. Ratio est, quod pronepotes in liberos suos à proavo sibi derelictam hereditatem transmittant, si ante apertas tabulas decedant. l, vn. C, de his qui ante apert: tab: Atqui difficilius inducitur transmisso, quām repræsentatio. l, emancipata, C, qui admitti ad bon: poss: l, 3, C, de suis & legit: Non obstat: l, si libertus 23, §, 1, D, de bon: libert: Id enim speciale est in bonis libertorum & iure patronatus. Minus urget §, cum filius 6 Inst: de hered: qua ab intest: def. Exempla enīma qua ibi Imp: de nepotibus & pronepotibus adducit, regulam non restringunt. l, damni infecti stipulatio. l, D, de damn: infect: l, regula 9, §, fin: D, de iuris & facti ignor: c, 1, ext: ne Cler: vel Manach: Först: 4, de success: ab intest: c, 21. Graß: in § successio ab intestato, q, 2, n 13, VVesenb: Baro & alij in d, §, cum filius, & §, fin: Inst: h, t. Schneid: in 1. ord: success: n, 15, & 22, Vult: 1, Iurispr: Rom: c, 74, Gomez: 1, var: resol: c, 1, n, 15, Borch: de gradib: Rub: de success: descend: Diss: Bart: in l, 1, D, de suis & legit: hered: Faber. Ang: & Mynsing: in d, §, 6, Inst: h, t, VVesenb: in parat: n, 14, D, de gradib.

## V I I.

An pactum de vniōne & parificatione prolium, hodie valeat, non raro in disceptationem trahitur? Si exacta causæ cognitio & aliæ solennitates debitæ adhibeantur, valere arbitramur.

Quod pactum etiam in summo Imperij dicasterio confirmatum, & paſsim in Germania & alijsq; prouincijs expressis Principum rescriptis & statutis eatenus approbatum est, si plena exactaque causæ cognitio adhibeatur, si ante vniōnis contractum præsentibus tutoribus vel curatoribus & consanguineis, facultates eorum, quo'um nomine parificatio prolium petitur, excutiantur, si à Magistratu loci, vel alio competente iudice, qui ex facultatum collatione, an illud utrisque salubre futurum sit estimare poterit, confirmetur, si denique actis publicis insinuetur. Et quidem ha solennitates ob duplē causam exactè in hoc pacto requiruntur, cùm propter pacta futura successionis utraq; iure improbata, tūm propter periculum, quod primi vel secundi matrimonij liberis inde existere pos̄it. Non obstat, quod pacta futura successionis, præsertim acquirendæ adeò improbata sint, ut ne iurata quidem valeant. l, licet. & l, fin. C, de palt. cum similibus: neque statuto vel consuetudine contrarium recipi aut introduci pos̄it. At vniō prolium nihil aliud esse videtur,

quam

# Successionibus ab intestato.

5

quam pactum futura successionis acquirenda. Ergo nullo iure subsistere aut consuetudine vel statuto aliquo confirmari possunt. Hoc inquam non obstat: Quippe tutorum & curatorum iudiciumque presentia omnem dolii presumptionem, qua in pacto de futura successione metuenda est, excludit. I, transactionem, & ibi Bart n, 2, Bald. & Dd. C, de transact. In utramque partem hanc questionem eleganter disputat Jacob Rick, in tract. de un. prol. vid. etiam And: Geil: lib 2, obf. 125.

## VIII.

An statuto vel consuetudine, introduci possit ut primogenitus feudum sibi præcipuum habeat, frequens est disputatio? Affir.

c, 1, §, firmiter vers. præterea Ducatus. de prohib: feud. al. per Frid. Idque præcipue in feudi regalib. & alijs indivisibilibus locum obtinet: Quæ consuetudo æquissima videtur, primò, propter honorem & fauorem Imperij, ut ne feuda maiora, quorum dignitatis titulus ab Imperatore profuit & Imperium augustius reddit, diuisonibus diminuantur & destruantur. Gloß, & Dd. in c, licet, ext. de voto & voti redempt. Interest enim Republicæ magnas familias conseruari & cuiq; gentilitati suum splendorem retineri. Deinde propter administrationis rationem, que in uno commodior est, quam in plures diuisa. Bald. in c, imperiale, §, præterea ducatus, de prohib: feud: alien. per Frider. Vbi ex 12, Metaph. Aristot: libro hanc adducit sententiam: Multos imperitare malum est, Rex unicus esto. Quam Aristoteles ex Homero sumpsit, apud quem 2, Iliad. Ulysses Thersites ea sententia compescit. Late post alios Tiraq. de iure primog. q, 4, n, 21, & seqq. Borch in tract. feud. c, 7, n, 41, & seq. Vult. de feud. c, 8, n, 36, Mynsing. 3, obf. 2, Geil obf. 153, n, 2. Vbi tradit, quod ex hodierna consuetudine in Germania & Italia potissimum feuda regalia, excepto Regno & Elektoratu, rursus diuidi cooperunt. vid: Aurea Bulla Caroli IV. Anno 1356, Noribergæ facta, p, 6, Const. Imp. Rub. Von der Erzbischoffen Segen. §. wiewol / 26.

## IX.

Uter ex duobus Regis filiis, quorum alter ante adeptum à patre regnum, alter postea natus est, in successione præferatur, illustris & multum agitata quæstio est? Nos cum quem naturæ felicitas & ætatis priuilegium primum fecit anteferendum esse existimamus.

Argumento 1. Senatoris filium. D, de Senator. l, 2, §, in filiis D, de Decurionib. l, moris, §, sed utrum, D, de pœnus, l, 2, C, de aduocat. diuersi Iudicum, l, neg, Dorothem. C, de Decurionib: lib 10. Ratio satis evidens est, Certi enim iuris est successionem post mortem competere. l, 1, §, si impubes, D, de collat. Is autem qui ante Regnum adeptum natus est, atatus priuilegio naturæ felicitate primus est mortis tempore. Merito igitur ceteris præferri debet. l, si quis filio exheredato. D, de iniust. rupt. irrit. fact. test. l, capit. C, unde cognat. præsertim cum non oporteat queri de conditione alicuius, nisi quando legatum vel hereditas ad eum pertineat. l, non oportet. D, de legat. 2, l, interuenit: D, de legat. præst. Consequerentur inde hac absurdum, primum, filium unicum ante partum regnum in hanc lucem productum, successorem idoneum non fore, quod falsissimum est: secundum, quod ad proximiores successio non spectaret, contra iuris naturæ præscriptum: tertium, quod in quibusdam tantum bonis succederent, in alijs post dignitatem acquisitam nihil iuris haberent, quod est contra omnem aequitatem, expressamq; iuris traditionem. l, 1, C, unde liberi. l, si post mortem. §, vlt. D, de bon. poss. cont. tab. & multi similibus. Non obstat: l, si quis decurio aut subiectus, l, doctiij, l, neminem, l, diua memoria, l, vlt. de Decur lib.

B

10, l, ex

# Disputatio de

19, l, ex libera C, de suis & legit. l, si senator. C, de dignit: cum hoc non pertineant. Quaremus enim hic de iure hereditario, quod filii post parentum demum mortem defertur: in illis vero locis agitur de Iure singulari & certi priuilegijs, que liberis etiam in vita parentum conceduntur. Hac autem iura incerta esse & arbitraria, atque ex Principum beneficio & liberalitate penderre ex allegatis locis constat. Tiraq. de iure primog. quast. 31. Hottom. illust. q. 2. Forst. lib. 4. c. vlt. num. 36. & seqq. Cuiac. feud. 11. Bodin. de Republ. libr. 6. cap. 5. p. mihi 1143. Rainald. conf. 3. indagat. 6. Diss. Zaf. part. 8. num. 66, & nouissime. Schrad. part. 7. cap. 5. num. 27. Alciat. ad l, bona fidei num 8, D, depositi.

## X.

An nepos ex filio primogenito, patruo in successione regni, velut primogenitus preferatur, inter Interpretes maxime controuertitur? Affirmatiuam verissimam esse dicemus.

Confirmatur hac sententia cum ex aurea Bulla Caroli I V. tum hac ratione, quod unus Regis plures primogeniti esse nequeant, sed unus tantum, & quidem natu maximus, ac heres suus, argumento l. quod contra 141, §. 1. D, de reguli iuris. Atqui nepos est primogenitus, quia in patria sui mortui locum succedit: Ergo eodem, quo pater, iure & titus, l. 177, D, de reguli iuris. Et quidem Nepos solus est suus heres, quia mortui patris sui, cui viuo patre Rege, Regnum acquisitum est, quine quodammodo Rex esse dicitur, l. 11, ff. de lib. & posthum. locum occupauit adeo repente, ut nem momentu quidem ullo locus vacasse intelligatur. argument. l. 3, §. vlt. de donat: inter virum & uxorem. Nepos ergo patruo recte prefertur, maxime in regali dignitate, que cum uni stirpi acquisita est, quamdiu in ea masculus superest, tamdiu ad alteram non transfertur libr. 1, feud. tit. 1, & 14, §. 1, & tit. 19, §. si quis & libr. 2, tit. 11, §. 2. Quo huic sententiae opponuntur & pro patruo adseruntur argumenta, eruditè refutat post alios nouissime Hottoman. Illust. quast. 3, & in disputatione de contiouersia successionis Regia, inter patru & fratrius premortui filium. Tiraq. in tract. de iure primog. quast. 40. Forst. libr. 2, cap. 18. num. 15, & lib. 4, cap. 23, num. 66, & seqq. Schrad. p. 7, feud. 5, num. 15. Schurff. conf. 1, cent. 2 Geil: 2, obseruat: 153 num: 2. Mynsing. 3. obs: 23. Duar. in l. 55, D, de leg. 1, Fachin. lib 6, controu. c. 2, ubi verba aurea Bullæ recenset & huic sententiae subscribit. Diss. Cuiac. lib. 1, feud. c. 11, Hatty. de feud. c. 11, §. at si, n. 3..

## X I.

An legitimati per subsequens matrimonium, cum legitimis & naturalibus simul succedant ab intestato per omnia & in omnibus, difficilis est contiouersia? Ab affirmatiua non recedimus.

§. sisi autem. vers. quibus connumerari. In sit h, t, l, Diu Constantini. 5, & l, cum quis, 10, C, de nat. lib. Nou. 19, vers. sed quoniam. Nov 74, cap 2. Nou. 12, c. 4. Nov. 89, c. 8. c. tanta ext. qui filii sint legit. Ratio manifesta est, quod nimis per omnia legitimè natis annumerentur. d. Nou. 19, §. sed quoniam: vereg, legitimi sunt, non sicut, matrimonium quippe retrotrahitur ad tempus nativitatis liberorum, & perinde habetur, ac si contractum esset ante nativitatem filiorum. d. c. tanta, ext. qui filii sint legit. Bart. in l, is qui pro empore. Colum. 14, l, quast. prin. vers. item querit. Et vers. Etsi tunc opponis, D, de usucap Gabr: Rom. lib. 6. conclus. tit. de conclus. 1. Vnde liberi legitimati in iure publico ius habent, substitutum sub condicione si sine liberis institutus decesserit, excludunt, & statuto feminas excludente masculis legitimate natis existentibus, comprehenduntur: ut pluribus ostendit Borch. in tract. de gradib. tit. de successione.

# Successionibus ab intestato. 6

Succes. lib. per subseq. matrim. legit. Forst. libr. 6, c. 28, & 29. Vult. lib. 1. Iurispr. Rom. c. 13, Geil 2.  
obs. 141. Mynsing. 5, obs. 42.

## X I I.

An ita in feudis quoque succedant, perdifficilis multisque Doctorum opinionibus agitata quæstio est. Nos inspecto Iuris feudalis textu, eos indistinctè à feudi successione repellendos esse defendemus.

c. vn. §. naturales si de feud. def. cont. sit int. dom. & vas in usib. feud. Vbi Iuris feudalis autoresita generaliter loquuntur, ut contrarium scribentes perspicuitate verborum conuicti, etiam à materna successione feudi fæminei liberorū naturales excludant. Qui igitur verba eius §. de legitimatis alio modo quam per matrimonium subsequens accipiunt, sine ratione diuinan, certè circumueniunt & verba & eorum sententiam, qua præcipuum quoddam honestatis studium & incontaminata quedam dignitatis natalium conseruatio vasallus iniungitur. Frid. Schenck d. §. naturales. Qui vero eum coarctare volunt ad legitimos eo tempore effectos, quo iam alijs delata fuit successio, iij primum superflua faciunt eius decisionem, quæ non minus in legitime natis, & iure communi valeat, quam in legitimatis. §. in extraneis. Inst: de hered: qual: & diff. l, si alienum 49, §. 1, D. de hered. Inst. de quibus tamen nouum aliquid & diuersum notari non tantum §. §. præcedentes, sed ipsius §. naturales verba ostendunt: ibi postea sunt legitimi: Item nec soli nec cum alijs. Quæ omnia nec legitimis, nec legitimatu, cum de successione eorum in allodialibus queritur, conueniunt. Accedit quod hac interpretatione admissa hoc cap. indistincte & verbis generalibus conceptum restringatur ad legitimatos per rescriptum Principis, eum nemo per subsequens mat. post delatam ipsi successionem legitimari posse, post delatam sibi, inquam, hoc est, patre & auo paterno ( qui si vixissent filium vel nepotem exclusuri erant, quia gradu propinquiores ) mortuis per quos legitimatio per subsequens mat. necessario expediri debuisset: Illud quoque absurdum sequeretur Legitimatos per rescriptum indistincte admitti in priudicium agnatorum cum legitimis, dummodo ante delatam sibi hereditatem per rescriptum legitimati fuerint, quod iuris ratione diametro aduersatur. Denique qui deficiente quasi iure feudorum ( quod plerorumque est effugium ) ex iure communi de legitimatis per subsequens mat. expositionem mutuantur, in eo peccant, quod dum illis consultum cupiunt tantum, simul omnibus sine discrimine saltē ante delatam successionem seu viuo patre legitimatis, receptum in successonibus feudorum præbeant, prater suam ipsorum opinionem & voluntatem: Omnibus enim ius commune ex aequo faret, velut legitimatus rescripto Principis ad supplicationem patris emissō, Nov: 89, §. sit igitur licentia: Ibi nihil à legitimis differentes, §. reliqui: ibi, semel eos efficientes legitimos, &c. Idemque de legitimatis per oblationem ad curialia munera exprimitur, eadem Nov: 89, cap. 2. §. 1. ibi legitimus mox siet, naturalium iure omnino liberatus, &c. & cap. 3. in princ. ibi, nihil dissimilis legitimis. Vnde sequeretur etiam per rescriptum Principis legitimatos patri & agnatis omnibus: item per oblat. Curiae legitimos factos patri quidem soli, sed etiam tūm cum post legitimationem feudum esset acquisitum & cum Princeps nullam feudorum mentionem fecisset, succedere posse: quod ipsis huius expositionis authoribus non placet. Videatur Vult. qui nouissime nostram sententiam prolixè tuetur, lib. 1 e. 9: n. 94. Illud non diffitemur legitimatos per subseq. mat. propter per equationem eorum cum legitime natis subinde inculcatā & repetitam, consentientibus plurim Dd. suffragijs & consistorij Imperialis preiudicio, etiam tūm cum inuestitura de legitimis natis tantum concepta est, ad feudales successiones admitti.

B 2

Alt. 37.

## Disputatio de

Aluer.in d.c.vn.naturales,& ibid Schenck.n.9,Zas.part.5.Epit.feud.n.74.Duar.e,11,n.6,& 7.  
Borch.de feud.c.1,n.48,Clar.in §,feudum,q.82,n.4,Hart.Pist.lib.2,q.41.Geil.2,obs.141,Myns.  
cent.5,obs.42,Schurff.cent.1,cons.1,n.19.

### XIII.

An statutum, quod extantibus naturalibus & legitimis fœminas excludit, sit extendendum ad legitimatos per rescriptum Principis, nobilis est & olim & nunc inter D D. cotrouersa quæstio? Neg.

Ratio, cur fœminas non excludant, hæc est, quod legitimatio quæ fit per rescript. Principis extantibus liberis naturalibus & legitimis iure reprobata & prohibita sit: unde illos ius legitimorum liberorum non consequi manifestum est. Et probatur id Nou. 47.c.2,in fin. vers. omnino enim ubi dicitur. tunc per rescriptum filios legitimos effici, cum cœlegiti non existent, si vero existent legitimos fieri posse per oblationem curia, vel per matrimonium, non autem per rescriptum. Si ergo ius legitimorum filiorum isti non habent per rescriptum, neg, fœminas excludere possunt, quas soli filii naturales & legitimi excludunt. Non obst: quod legitimatus, equiparetur per omnia legitimo, quodq, legitimatio amoueat omnem maculam genitura, & ponat legitimatos loco legitimorum ab ipsa origine, reducatq, eos ad primeum statum naturæ, siue ad ius naturale, quo omnes liberi & legitimi nascuntur, tot.t.D, de natalib. restit. Respondemus enim id cum moderamine quodam accipiendum esse, ut procedat in casibus in iure expressu & definitu, non in illis, in quibus plurimum inter se differunt, ut latius post alios explicat. Geil.lib. 2,obs.140.n,& seqq. Mynsing.3,obs.26, Borch.d, tract.de gradib. Rub.de success. lib. per rescript. princ. legit. Fach.lib.6. controu.c.1. Vbi complures auctores a 10s pro hac sententia concludentes adducit, & dissentientes recenset, quibus adde Schurff cons. 2.cent.1.

### XIV.

Filij qui ascendentium alicui in adoptionem dati sunt, vtrum tam patri adoptio, quam naturali succedant anxiè disquirunt Interpretes? Affirmatiua ve-  
rior videtur.

Authent.in successionem, C, de suis & leg. hered. argt.l,118,c.1. Non obst: §, at hi qui  
mancipati, & §, eadem hac obseruantur. Inst. de hered. que ab intest. def.l, cum in adoptiis. §,  
si vero pater naturalis, C, de adopt: Intelligendi enim sunt illi text. secundum ius vetus, quo  
certum est liberos adoptuos, quamdiu in adoptua familia fuerunt, ad naturalis parentis succes-  
sionem admissos non fuisse. Sed hodie Illos admitti debere argumento est, quod in hac successio-  
num materia patria potestas non consideratur, sed sola naturalis cognatio spectetur, quam adop-  
tio, qua iurus ciuili est, tollere non potest, cum iura cognationis & sanguinis nullo iure ciuili tol-  
lantur. l, iura sanguinis. D. de R.I. & alias corredio antiqui iuris sat is manifesta: per §, sed  
ea omnia Inst.b.t.& l, pen.C, de adopt. Borch. tract. de gradib. Rub. de success. lib. legit. in fin:  
Diss. Accurs.in d.l, cum in adoptiis. §, si vero. C, de adopt. Schneidvv. in §, sed & hodie. Inst. de  
adopt. Omnia acerrime Donell.comment.z..

### XV.

Spurij an facti infamia saltem notentur, nodus  
est discussione dignus? Negatiua vtrum defendi possit  
experiemur.

Argt.

Argt l. crimen. D. de pénis. l. generaliter. § spuriros. D. de decur. l. cognitionum. §. 1. D. de var & extraord. cognit. c. unde eumq. 3. c. nunquam. 4. c. nasci. 5. c. Apostolica distin. 56. Et sa- ne ut al. as rationes silentio præterea, unica hæc etiam contrarium sentientium iudicio verifi- ma est: Infamibus. vel sola etiam facti infamia notatis ad honorum & dignitatum gradus aditum non patere. l. 2. C. de dignit. lib. 12. c. infamibus. de R. I. in 6. Atqui Spurijs & re & vita, honesti, ad minimum competitoribus deficientibus, recte ad honores subuehuntur. l. gene- raliter. 3. §. spuriros. 2. l. spurijs. 6. in pr. D. de decur. Vbi Ictus Pap. elegantem assignat huius dispositionis rationem: Nempe, non esse impediendam dignitatem eius, qui nihil ad- misit. Ergo necessario sequitur Spuriros ne facti quidem infamia notatos esse. Non obstat: quod Spurijs nomen inculpabile habeant. Illud enim non sua sed parentum culpa accedit. d.e.nas- ci. distin. 56. & certum est. Neminem, qui alias bonus est, propter nomen corrumpi, ut eleganter ait Stobæus sermo. 71. Nec refert: quod Ins Ciuale Spuriros ne naturalium quidem filiorum nomine dignos iudicare videatur, §. fin. Auth. quib: mod: nat: effic. sui: Auth: ex com- plexu. C. de incest. & inutilib. nupt. Nam illud ipsum etiam in odium non spuriorum, sed parentum solummodo fuit dispositum. Horum enim vitium fuit refrenandum. l. fin. C. de nat. lib. Quemadmodum igitur parentes, hoc casu, noxijs sunt, penaq. digni: ita contra filios ut inculpabiles, & impunitos esse decet. Palæot. tract. de notib. & spuri. c. 55 Menoch. d. arbitr. Iudic. quest. cas. 464 n. 18. Alciat. lib. 10. parerg. c. 8. Eleganter & prolixè Toming. decis. illust. quest. 48 & vlt. n. 14. & seqq. Diss. Azo in sum, quib. ex caus. infam. irrog. Ias. in l. frates. C. de inoff. test.

## DISPUTATIONIS Pars Altera, DE SUCCESSIONE SECUNDARIA: CONCL. I.

**H**AEC tenus de successione primaria: sequitur de secundaria, quæ datur ascendentibus, nempe parentibus; & collateralibus fratribus nimirum, & sororibus. Nam deficientibus descendantibus, mortalitatis & successionis ordine inuerso, secundo loco ascendentibus, videlicet parentes, nulla sexus aut patriæ potestatis ratione habita, ad luctuosam hereditatem filiorum admittuntur.

I. sed et si. 25. D. de inoff. test. l. fin. C. ad SCtum. Tertyl. l. 2. C. de iur. lib. Nou. 118. c. 2..

B 3

Non

# *Disputatio de*

## *I I.*

Non semper tamen soli admittuntur, sed si sunt defuncto fratres aut sorores ἀμφιστάλης, hi virilem successionis paternæ partem suis parentibus abstrahunt, & si morte præripiantur suis liberis abstrahendam, ex sua persona relinquunt.

*Nou. 118.c.2. vers. si vero cum ascendentibus. Nou. 127.*

## *I II.*

Si fratres & sorores ex altero latere conjuncti sint tantum, licet cum eo parente, per quem defuncto conjuncti non sunt, ad successionem fratriis non vocentur, verius tamen videtur, cum matre communi, ad fratriis vterini, & cum patre ad fratriis germani hereditatem admittendos esse.

*Auth. defuncto. C.ad SCtm. Tertyl.d. Nou: 118. c.2. vers. si vero cum ascendentibus.*

## *I V.*

Extincta linea ascendi, tertio ordine vocantur transuersales, ex ijsq; primò fratres & sorores utrinque conjuncti: post illos ὄμοπάτειοι & ὄμομήτειοι: ita tamen ut si qui ex fratribus vel sororibus præmortuis superstites sint primi gradus liberi; ij cum suis thijs jure suorum parentum succedant.

*d.Nou: 118. §. reliquum. c. 3.*

## *V.*

Fratres legitimi tantum non succedunt sibi in unicem nisi ab ascidente fuerint adoptati, quia extra nei adoptio hodie respectu successionis nihil operatur.

*l. pen. C.de adopt.*

## *V I.*

Naturales porrò & spuri fratribus suis vterinis, cum alijs existentibus legitimis succedunt.

*S. vulgo Inst: de succeß: cognat. argt. l. 4.D, unde cogn.*

His

*V I I.*

His omnibus deficientibus reliqui cognati, tām  
in superiori , quām inferiori linea, etsi remotissimo  
gradu sint, dum nemo proprius defuncto conjungatur  
ad hereditatem vocantur.

*I.2. §.1. D. de suis & legit. §. hoc loco. Inst: de success: Auth. cognat. post fratres, C. de legit.  
hered.*

*V I I I.*

Ciuilis successio datur Conjugibus & Fisco: Nam  
omnibus cognatis deficientibus Iure Pr̄etorio, sibi in-  
uicem succedunt Vir & Vxor, propter indiuiduum  
vitæ consortium, quōd tanto fauore dignatæ sunt  
leges, vt si id, sine dote sit initum, superstitem paupe-  
riorem cum liberis numero tribus vel paucioribus  
in quartam partem vſusfructus bonorum coniugis  
prædefuncti locupletioris; cum pluribus in virilem,  
cum tot numero cognatis in totidem partes pleno  
jure vocent.

*Auth. præterea, C. unde vir. & vx.*

*I X.*

Denique deficiente etiam cum cognatis viro &  
vxore hereditas defertur fisco : Nam fiscus quasi in-  
subsidium, ne quis sine herede sit, succedit, & bona  
hereditaria occupat vt vacantia, sibiique delata: nisi  
is à corpore , cuius pars defunctus fuit , excluda-  
tur.

*I.3. l.4. & seq. C. de bon: vac. l. D. de iure fisci. l. i. & t. t. C. de hered:decur.*

**Hinc quæritur.**

*I.*

An si soli parentes ad liberorum successionem  
admittuntur , pater solus matre exclusa succedat  
in

# *Disputatio de in bonis, quæ occasione patris filius sibi acquisiuit? Affirmatiæ disputandi gratia subscribimus.*

Argt. §. I. Inst. per quam pers. cuiq; acquir. Et quidem hæc Sententia naturali rationi maxime conueniens esse videtur, ut que à patre ad filium peruererunt ad ascendentes paterni generū: & que à matre ad filium deuoluta sunt, ad ascendentes itidem materni generis pertinēt; & ad naturalem rationem non immerito respicimus, cùm lex quædam tacita esse dicitur: l. 7, D. de bon. damnat: Nec oblit: Nou. 118, ex qua concludunt quidam. Velle Imp. hereditatem filij vel alterius descendentiū sine liberis mortui ad parentes aut ascendentēs in gradu parentes ex aequo diuidendam esse, nec constituendum ullum discrimen bonorum, unde prouenerint: Respondendum enim illa quidem procedere in bonis à defuncto proprio labore, studio & industria acquisitis, vel que defuncto ab amicis, cognatis & alijs donata aut legata fuerunt: non autem in bonis que ab aliquo ascendentium ad defunctum peruererunt: Etenim bona illa semper ad eā lineam, a qua processerunt, reuertuntur, nec inter parentes communicantur. Bart. in l. post dotem. D. solut. matrim. & in Auth. itaq; C. commun. de succēs. Schneid. ad h. t. c., de succēs. ascend. n. 12, Cutac. in Nou. 118, Borch. d. tract. de gradib. Rubr. de succēs. ascendent. Diss: Bald. in Auth. itaq; C. commun. de succēs. Vbald: tract. de succēs: ab intest. p. 2. VV. senb. in addit. ad Schneid. d. loco Forst. de succēs. ascend. concl. 4. cas: 1. Mynsing. cent. 6. obs. 55.

## I I.

Cum fratres aut sorores concurrunt cum ascendentibus, vtrum diuisio fiat in capita, vel stirpes, in longam erupit disputationem? Sententiā eorum qui diuisionem in capita fieri afferunt, firmiori legum presidio munitam esse existimamus.

Nou. 128, c. 2, vers. si verò verb. ascendentium & fratribus singuli aequalē habeant portionem, ubi īgenuose id demonstrat Franciscus. Balduinus & Cuiac. Diss: Dd. in Auth. defuncto ad SCtum. Tertyl. qui indistincte hoc casu hereditatem in stirpes diuidunt: quæ sententia subsistit, si soli parentes in successione concurrant, ut medianam hereditatis partem consequantur à patre descendentes; altera deuoluatur ad ascendentēs a matre. d. Nou. 118, c. 2, Mynsing. cent. 6. obs. 55. Si cum ascendentibus inueniantur fratres & sorores eandem diuisionis in iure rationem iura non ferunt. Si quem in admirationem trahit diuersitas diuisionis, cum fratres interueniunt: Respondebimus cum Balduino d. loco, non esse nouum, nec in iure nostro infrequens, vt ex aliqui-  
ius accessione & societate mutetur accessionis ratio, facit §. pen. Inst. ad SCtum. Tertyl.  
ut in simili Francisc. Hottom. respondet quæst. illust. 14.

## I I I.

Soli fratribus liberi, qua ratione patruo succedant  
ancipitis juris est quæstio? In capita succedere dice-  
mus.

l. 2, §. 2, D. de suis & legit: l. 1, §. fin. si pars hered. pet. l. pen. circa fin: verb. illo procul dubio. l. vlt. §. 2, vers. illo etiam, C. de legit. hered. Caius in fragment. lib. 2, tit. 8, §. 6, ibi, Item si moria-  
tur quis, & Vlp. in fragment. t. 26, §. 3, Nou. 118, c. 3, vers. huiusmodi: Confirmata est hæc opini-  
o, non tantum a Parlamento Gallia: sed etiam in Comitijs Spirensib. Constit. Caroli V. tit  
Wie Brüder vñnd Schwester Rinder / rc. Anno 1529. comprobata. Ratio est,  
quod fratrū liberi non succedant iure representationis, sed iure proprio tanquam  
proximiōres. Nec aduersatur huic sententia quod fratribus filij aut in stirpes succedunt. Eo  
sequi-

# Successionibus ab intestato.

9

Squidem casu cui hereditatem alieno nomine consequuntur, quasi à suo patre transmissam: qui etiam viuo aut quodammodo Dominus fuit bonorum patrii. §.z, Inst: de hered: qual: & diff: ut non tam hereditatem diuidere, quam liberam eius consequi administrationem videantur: Diuersum est, cum fratum filij succedunt patruo: Pater enim eorum in bonis fratris defuncti nullum ius habuit. Reliqua quæ obiici possunt, dicitur refutat Borch: in tract. feud: c.7,n. 29. & Fach: lib:6, contron: c.3, Zaf, t. Respons: 7, Vaud. 1, q. 2 4, Hottom. quæst: illus: 1 4. Mynsing: 3, obs: 9 4, Cuiac: 2, feud: 11, Don: 9, comment: 4, Forst: 3, de success: 2, Dis. Accurs: in Auth: cessante C. de legit: hered: Faber in §, ceterum, Inst: h, t, & nouissime Sonsbec: p. 9, de feud: n, 110, & seq.

## I V.

Vtrum agnati & cognati vltra decimum gradum in successionibus legitimis sint admittendi, non sine ratione ambigitur? Affirm.

l, z, §, r, verb: in infinitum. D, de suis & legit: §, ceterum, verb: etiam si longissimo gradu sint. Inst: de legit: agnat: success. Nou: 118, c, 3, verb: Omnes deinceps. Hinc recte VVesenbeccius in §, fin: Inst: de success: cognat: inquit: Cur propinquai etiam remotioris gradus non admittantur potius, quam fiscus alioquin successurus. Non obstat: d: §, fin: Inst: de success: cognat: verb: etsi decimo gradu sit. Id enim exempli gratia tantum pro longissimo gradu ponitur. §, ceterum. Inst: de legit: agnat: success: §, fin: Inst: de seruili cognat. VVesen: d, loco. Duar: in comment: tit: unde cognat: vers: Agnatis vero. Donel 9, comment. 4. in fin: Dis: Geit: lib: 2, obs: 150, n, t, ubi plures allegat Mynsing: in d, §, fin: n, 4, ibid Ang. Fab. & alij. Vult: 1, Iuriuspr. Rom: 64, n, 15.

## V.

An valeat præmorientis coniugis locupletioris prohibitio, ne superstes inops Quartam capiat, difficilis est controuersia? Negatiua cum communius recepta sit, nec nobis displicet.

Propter hanc rationem, quod si qui superest ex coniugio, consequitur quadrantem non beneficio mariti sui sed beneficio legis, & ob id moriens quadrantem auferre aut etiam minuere non potest, cum nemo possit in testamento suo cauere ne leges locum habeant. l, nemo, D, de leg: r, Alex: Ias: & com: Dd. in Auth. præterea C, v. de vir: & ux: Socin: cons: 121, col: 4, in pr. in 4. vol: Corn: cons: 4, col: 2, & 3, in 4. vol: Forst: in d, tract: de success: parte 4, conclus: 2, ampliat: 3, Schneidvv: de success: viri & ux: n, 17, Borch: de success: coniugum pag. mih i 248. Vbi hanc quoque adsignant rationem, quod ita debitum ratione legis, statuti vel consuetudinis non dicitur esse de hereditate defuncti sive testatoris, sed potius ex alienum alteri debitum, de quo nemo testari potest. Paul. d, Castr: in l, si cum dotem. in fin: D, sol matr. quem: dos pet. Quod tamen in sponsa nullatenus procedit, ut à Salic: in l, cum in te, 6, C, de don: ant. nupt: notatum est. Nec obstat: quod sponsa de praesenti uxori iam dicatur: Et propterea idem quoque de illa dispositum esse videatur: Nam ut recte Salic. d, l, cum in te inquit, Quartam illam a lege vel statuto superstiti adiudicatam esse in recompensationem onerum matrimonij, qua ante matrimonium consummatum subire non dicitur: l, 20, C, de iure dot: gl. in l, uxores 9, cum l, seq: verb: non nocet ff. de his qui n. infam. vid. Forst: Borch: & alij d, loco.

## V I.

An pactum dotalitium, vt altero ex conjugibus sine liberis mortuo, defuncti ad bona superstitem per-

C ueni-

## *Disputatio de ueniant valcat, s<sup>ap</sup>ius dubitatum est? Nos ex recepta Interpretum sententia potius, qu<sup>a</sup>m ex scripti Iuris ra- tione hoc pactum valere respondemus.*

*l. 9, l. pactum. C, de pact: conuent: in quibus ab Impp. est rescriptum: Inter priuatos  
huiusmodi scriptum, quo comprehenditur ut si qui superuixerit, alterius rebus potiatur non sub-  
sistere. Contraria verò sententia notissima Germanie consuet: inualuit, & in Camera  
quog, Imperij recepta, nec non rationibus plurimis à Ias. in l. si pater. C, de inoff. test. confirmat<sup>o</sup>  
est. Frustra nonnulli inter pactio*n*s verba, utrum iuru hereditarij significativa sint annon, di-  
stingunt: Chassan: in consuet: Burg: Rub 4. §. 7, verb: Constat leur mariage n. 6, Ferrar. in for-  
ma lib: in causa socii tatis, verb: societatem omnium bonorum n. 7, & 8: Nam et si dictum  
suerit eum qui superuixerit heredem esse aut succedere debere, pactio ex multorum sententia va-  
let. Masuer: in pract. sua tit de societate, n. 5, & n. 20, & in tit. de success. & vlt. volunt. n. 57, &  
complures al. Et Impp in l. 9, & d. l. 5, non hereditatis aut successionis nomine, sed his verbis,  
bona ad eum pertineant, vel alterius rebus potiatur, utuntur, & pactio n<sup>on</sup>em dicti verbis conce-  
ptam non valere adfirmant. Videatur de hac quæstione Mynsing. 2, obs. 33, Geil. 2, obseru.  
126, n. 3, Tiraq. de iur. primog. 6, n. 24, Peccius 1, de test. coniug: 8, Borch: tract. de grad: pag. mihi.  
259, Mod. Pift. 1, conf. 8, n. 24, & seq, latissime Dauth. tract. de testam. n. 84, & seqq.*

### *V I I.*

**Occasione præcedentis quæstionis non incon-  
uenienter h<sup>i</sup>c dubitatur: An hereditas pactis detur?  
Rem distinctionibus commodissimè expediri posse  
arbitramur.**

*Aut pacificimur enim de hereditate obtinenda, aut de repudianda: Priore casu  
cum testatore, vt nos heredes scribat, & irrita est pactio. l. 15, C, de pact. ubi Impp. sub-  
iungunt rationem, quod libertatem testamenti faciendi auferat, l. 34, C, de transact. vel cum ex-  
traneo de hereditate tertij; Si indefinitè, vt si qua mihi iusta obuenerit hereditas, vt  
communis valet pactio l. 3, §, de illo queritur. D, pro Socio. Sin expressè de hereditate  
Titii, & vel citra pactum ea nobis restituenda est, & subsistit pactum. l. non aliter. ff.  
de adopt. l. 23, ff, de act. empt. Vel sine pacto nobis non debetur, & siue certum sit eum,  
de cuius hereditate agitur, viuere, siue dubium, pactum non valet. l. nec nos. C de  
postlim. reuers. nisi ille consenserit & in ea voluntate ad mortem usque perseverauer-  
rit. l. vlt. C, de pact. Aut quis renunciat futura hereditati ne succedat, & non va-  
let. l. vlt. C, de collat. nisi filius consecutus legitimam hereditati paternæ renunciet,  
vel renunciatio sit iuramento corroborata. Roland. à valle conf. 26, vol. 2, Grauett. conf.  
52, VVesenb. conf. 23, Donell. ad l. 30, C, de pact. Geil, 2, obs. 39, n. 22, & 125, n. 2, & obs. seq, n. 1, Hart.  
Pift. 2, q. 25, Borch: de pact. c. 5, n. 69, & in tract. de gradib. Rubr: hereditas pacti, &c. Gadd. ad l.  
3, n. 38, de V. S. Couarr: in c, quamvis, in pr. 3, p. n. 8, Graß in §, succeſſio. q. 6.*

### *V I I I.*

**Non extra oleas vagabimur, si Coronidis loco  
subjicerimus hanc juris quæstionem: Utrum quis pro  
parte testatus, pro parte intestatus decedere possit? In  
qua negatiuè concludimus.**

*§. hereditat. 5, vers. neg, enim: Inst. de hered. Inst. l. 7, D, de R. I. Cum enim per legem  
quæ solennia testamenti prescribit, pro parte testatum decedere non liceat: quip-  
pe so-*

## *Successionibus ab intestato.* 10

pe solennibus pro parte obseruatis testamento pro parte minimè subsistente. *L. 12.*  
*C. de test.* ex natura contrariorum consequitur, neminem pro parte testatum, pro  
parte intestatum decadere posse. Nec obst: *l. miles. 2. C. de test mil.* Excipimus enim  
militaria testamenta: Miles enim pro parte testatus, pro parte intestatus dece-  
re potest: *l. si miles. 6. l. 37. D. de test mil.* cum eius sola voluntas in testando spegetetur.  
*l. 3. C. de test mil.* Nec aduersatur *l. nam & si u. in fin. l. circa inofficio. 24. D. de inoff. test.*  
Nam conclusio nostra considerat initium: Alias enim testamento in effectum pro-  
ducto, modo aliunde quam ex facto heredis, id contingat, recte quis pro parte in-  
testatus decesse videtur. Denique non urget, *l. 2. C. de nat. lib. Vbi pater habens fili-  
os legitimos, filium naturalem instituit ex affe, vel maiori parte hereditatis, ut tantum vinciam  
capiat ex bonis paternis, reliquum vero legitimi liberis, vel ceteris successoribus ab intestato re-*  
*l. inquitur.* Nam in facti specie, *d. l. 2.* ex qualitate personæ heredis, non potuit quis  
in solidum heres institui. Erat enim filius naturalis tantum in vincia capax suc-  
cessionis paternæ, in qua parte etiam heres institui potuit: in reliquis vero bonis  
pater recte ab intestato decestit. *Gomez. var. resolut. c. de iur. accresc. n. 10.* Eleganter Dn.  
*Vult. in Inst. d. §. hereditas. Inst. de hered. instit. n. 7. & seqq. Vbi Dd. communiter, Bronch. cent. 3.*  
*Cravullo: assert. 25.*

---

## *N O B I L I S S. D N. R E S P O N D E N T I S*

*Anagramma,*

*Georgius VVilhelmus à Fräncingen:*

*Per transplantationem:*

*Hic lumen: luna gregis: fauor vigens.*

**D**icitur in tenebris lumen: luna alta perustas  
Humeitat terras: corda fauor reficit.  
Ergo hic cœlum dum resplendescis in orbe,  
E tenebris duces inscia corda virum.

*Luna gregis* venies, dum tristia corda leuabis,  
Teque *vigens* hominum prouehet arte fauor.  
Sis, maneasque hominum lumen, seu Musica rura,  
Siue voles Martis castra animosa sequi.

*Am. e. f.*

*Jacobus Hueberus Laureacensis:  
Austrius.*

**F I N I S.**



Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

---

SLUB DRESDEN



3 0644350

7 A 2200

